

35

I. N. J.

THESES PHILOLOGICÆ,

Quas

*Cum consensu ampliff. Facultat. Philosoph. in Reg.
Academia Aboënsi,*

PRÆSIDE

HENRICO HASSEL,

ELOQU. PROFESS. REG. & ORDIN.

nec non h. t. RECT. MAGNIF.

publico honorum examini subicit

PRO GRADU

WILHELMUS ROSS, *Hermannii Filius,*

OSTROBOTNIENSIS,

Choralis Eccles. Fenn. Cathedral. Ab.

Die IV. Maji Anni MDCCXLV.

Loco horisque solitis.

ABOÆ, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.

PHILADELPHIA


1876

WASSER

THE

OF

AND



Thef. I.

Lingua Hebræa est primigenia.

Thef. II.

Dantur Hebraismi in N. T.

Thef. III.

Lingua Originalis Evangelii Matthæi & Epistolæ ad Hebræos non est hebræa, sed græca.

Thef. IV.

Lingua Salvatori & Apostolis vernacula non erat Syriaca, sed Chaldaica.

Thef. V.

Linguarum Originalium notitia Theologo est valde necessaria.

Thef. VI.

Puncta vocalia hodierna sunt coæva literis, adeoque Divinæ auctoritatis.

Thef. VII.

Accentus Hebraei Textus sunt Divinae auctoritatis, in quo doctrinae genere omnibus palmam præripuit, & nihil intactum reliquit
D. Matthias Wassmuth.

Thef. VIII.

Textus Hebraeus V. T. Judæorum malitia non est corruptus.

Ib. f. IX.

Mora insignem habet utilitatem.

Ib. f. X.

Versio LXX. Interpretum haud contemnendum præbet usum in N. T.

Thef. XI.

Versio Lutheri ab omni errore non est immunis, eamque multus paralargis superat
Versio *Fennica* posterior.

Ib. f. XII.

Falluntur J. h. *Morinus* & Ludov. *Cappellus*, qui Codicem *Samaritanum* Pentateucho Hebraeo præferendum existimant.

Thef. XIII.

Versio *Syriaca* N. T. non *Marco* Evangelistæ, sed verius *Apostolico* cuidam viro adscri-

adscribenda est, atque magni aestimari debet, quia textum Græcum in pluribus locis optime declarat.

Thef. XIV.

Scripta *Talmudica* & *Rabbinica* ad explicationem S. S. non omnino nihil conferre possunt.

Thef. XV.

Linguarum Orientalium difficillima est *Chinensis*, facillima vero *Synaca* & *Persica*.

Thef. XVI.

Magna est convenientia linguæ *Hebraea* atque *Fœnicæ* in vocabulis, affixis, suffixis verborum, simili Poësi, Idiotismis Syntacticis &c.

Thef. XVII.

Inter linguas vivas Orientis omnium uberissima & utilissima est lingua *Arabica*.

Thef. XVIII.

Pronunciatio vocis *Jehovah* per illas consonantes & vocales, quibus in S. Bibl. notatur, est genuina, antiqua & *Mosaica* ejus lectio, quamvis superstitiosi Judæi *Adonai* legendum esse contendant.

Thef. XXX.

Aves ex terra productas esse, quin tuto asserere audeamus, nos locus *Gen. l. 20.*

vix impedit, sed potius hoc svadet locus *Gen. 2. 19.* ceu ex accuratiori textus Hebræi inspectione facile dispalecit.

Thef. XX.

CUM magnæ auctoritatis & eruditionis viris statuimus, verum & genuinum *Paradisum* fuisse in *Mesopotamia*, & quidem, quod vero simillimum, in ea ejus parte, quæ *Babylonia* dicta est, ubi etiamnum fluvios celeberrimos, *Euphratem* & *Tigrim* confluere, ostendunt *Mappæ Geographicæ*.

Thef. XXI.

VOX *DN* *Gen. IV. 1.* infert accusativum per modum appositionis, ut vera versio sit: *Possedi virum Dominum.*

Thef. XXII.

SIGNUM *Caini*, *Gen. IV. 15.* erat miraculum quoddam evidens, coram *Caino* editum, quo de immunitate sua certus redderetur; non autem peculiaris character eidem impressus.

Thef. XXIII.

ETRIBUS filiis *Noachi* *Japhet* natu maximum, *Sem* medium, *Ham* minimum fuisse statuimus.

Thef.

Ihes. XXV.

T*eraphim* Labani Syri a radice Syra תֵּרָפִים *Teraph*, percontatus est, indicavit, fucere idola domestica, figura humana, e diversis materiis facta, & culta atque consultata in rebus dubiis, quæ *Rahel* surripuit patri suo, quo ipsum hoc pacto ab idololatria abduceret.

Ihes. XXV.

Duplicis accentuationis Decalogicæ, cujus veram rationem ante *Boblium* nemo, quod sciamus, perspexit, vera causa est duplex respectus, unus ad præceptum, alter ad versum; contra *Buxtorfium* & *Hackspanium*.

Ihes. XXVI.

U*Rim* & *Ithummim* fuerunt XII. pectoralis gemmæ, eisdem tribuum nominibus insculptæ.

Ihes. XXVII.

J*ephtha* filiam suam non immolavit, sed tantum ministerio DEI sacro, ut in illo omnem vitam in illibata virginitate transigeret, consecravit & a communi separavit consortio, ut piis meditationibus, jejuniis atque precibus unice vacaret, Divinoque cultui incumberet.

Ihes.

Thes. XXVIII.

Qui vulpeculas *Simsonis* metamorphosi quadam *Ovidiana* transformant, vel in 300. metas seu acervos segetis, stylar / utpote *Herm. von der Hardt*, Prof. Helmstadiens. vel in 300. straminis manipulos, *Balmfärstwar* / ut Observatores *Halenses*, solidissime ex Textu *Hebraico* refelli possunt.

Thes. XXIX.

Particula ו I. *Sam. 2. 25.* significat consecutive: propterea; & sic nil addit roboris absoluto decreto *Calvinianorum*.

Thes. XXX.

Qui a *Pythonissa Endorea* productus est, non fuit verus *Samuel*, sed phantasma seu spectrum Diabolicum, sub schemate *Samuelis*.

Thes. XXXI.

Nil obstat, quominus per *Behemoth* apud *Jobum* intelligatur *Elephas*; quemadmodum etiam per *Leviathan* intelligi *Crocodilum* est maxime probabile.

Thes. XXXII.

Tantum abest, ut immortalitas anime *Eccl. 3. 21.* destruat, ut potius ibidem solidissime adstruat.

Thes.

Thef. XXXIII.

Vocabulum *jaz* a *Psalms. XIX: 6.* egressus est, non ubique in scriptura motum actualem rei, de qua dicitur, innuit, sed generatim adhibetur, quando quid, quod prius occultatum erat, in conspectum venit aut eminet, licet id ipsum actu non moveatur, ut *Nebem. III: 25, 26, 27.* Hinc quæ *Copernicano Systemati* adversa videntur *S. S. loca*, non sunt.

Thef. XXXIV.

Per *Luciferum* ex celo delapsus *Esa. XIV. 12.* non intelligitur literaliter *Diabolus*, sed *Rex Babylonius Balthasar.*

Thef. XXXV.

Per *Gog* apud *Ezechielem* intelligitur *Turca*, seu una cum *Imperatore Osmannico Natio Turcica*, novissimis temporibus *Christianis* bellum illatura, cujus terra *Magog* vocatur.

Thef. XXXVI.

Prodigiosam *Scripturam Mene, Tekel upharsin, Dan. V. 25.* in convivio *Bellazaris* exaratam, cur ipsi *Chaldæorum sapientes* legere & interpretari nequiverint, inde factum

tuto asseri videtur, quod scriptura ista *Chaldaicis* quidem literis, valde vero intricatis varioque nexu implicitis constiterit.

Thef. XXXVII.

INter libros *Apocryphos V. T.* præstantissimi, lectu & memoria dignissimi sunt liber *I. Maccabæorum*, Liber *Sapientiæ & Syracædes*, quorum primus & tertius *Ebraice* prius exarati erant.

Thef. XXXVIII.

IN N. T. nulli dantur *Syrialmi*, *Persismi*, *Rabbiniismi*, *Latinismi*.

Thef. XXXIX.

Sacrum N. T. textum continuo nexu primum cohesisse, nec ab ipsis Evangelistis aut Apostolis in capita & versus divisum, non sine ratione dixeris.

Thef. XL.

Frustra verba *Matth. II: 23.* in scriptis Prophetarum, e. g. *Esa. XI. 1.* a D. *Buadeo* quaeruntur, quia non de scripto, sed de dicto loquitur *Matthæus*.

Thef. XLI.

Per creaturam *gemebundam*, *Rom. VIII: 19: 23.* intelligitur nova creatura in regno gra-

gratiæ, h. e. *fideles*; talia quippe sunt subiecta, quælia permittuntur esse a suis prædicatis.

Thef. XLII.

VOx *Allelujah* *Apoc. XIX. 1.* Hebræa est, in Psalmis satis frequentata. Num vero hinc colligi queat, nos in altera vita *Hebræa* lingua locuturos, pro certo asserere nescimus, sed futuræ id felicissimæ experientiæ reservamus.

Thef. XLIII.

Dialectus *Galilea*, per quam *Petrus* agnitus fuisse legitur, non fuit *Hebræica*, sed consistebat in corrupta & confusa linguæ *Chaldaeo-Syræ* pronunciatione, qua *Petrus* usus est, non destinato consilio, ut sentit *Joh. Buxtorffius*, sed ex consuetudine, quod ipsi esset vernacula.

SOLI DEO GLORIA,



quibus, in e. hinc; tunc dicitur: tunc subiectis
 per ha permutantur: tunc hinc hinc.

Vox illius, qui dicitur: tunc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc

tunc hinc

Dicitur illi: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc
 colligitur: tunc hinc hinc hinc hinc hinc

SOLI DEO GLORIA.

